largitari, me credas esse plenissime largissimus, et valeas karissime multum in dno.

Quamquam a longe, salutamus vestigia pedum vestrorum. dirigimus preterea vre nobilitati et clare providentie et sapientie vre tibi dno meo ill tal ego tale servus filiusque vr, hanc insignationem eplam, qd nos non superve, set humiliter presumpsimus vestris conspectibus dirigere de causa tale, unde et petimus tuam benignissimam potestatem, ut hanc nra petitio fiad digna in conspectu vro, ut nos sicut speramus in vobis, per vos profectum avere habundantius sit inter nos quidem et valeatis apud eum qui v. e. r. i. s. s.

Viro nobilissimo et oi honore digno nimisque prudentia cellens ill tal ego tale in oibus vri bene cupiens dirigo plurimas dulcesque salutes, et inter hista dirigimus nobilitati vre his rogatoriis verbis descriptis in istam parvulam membranulam, unde magnam spem in vobis atque secula salutem spero habere, ut sit noster iste homo vobis in oibus commendatus, ut dignetis pusillum vrm piissimis oculis aspicere, quem et rogamus ut habeat sibi licentiam a nobilitate vra largitatem in illis locis deambulandi seu negotiandi quicquid ei necessarium fuerit, te prestante sine aliqua inquietudine vel molestatione, ut nos ex hoc magnum vobis promereamur beneficium et servitium. Nam et vris hominibus hoc merito impendimus, sicut et soliti promeremur. Bene valeatis. Signaculum sanam cerne. capella fuit.

Rex deus ille magnus, qui vos in tanto culmine erexit,
Vos salvet semper, suoque iungat ad regno,
In quo consistit sanctorum summa caterva.
Perfice quod posco per Christum queso benigne.
Hunc rogo, magne pater, poscenti suscipe vota
Altithronus dominus qui regat intima vestra,
Noxam relaxet vobis per Christum rogo benigne.
Ut cunctorum rex relaxet vobis facinora vestra
Detque vobis semper cum scis oibus perpetuam vitam
Quod pollicitus est cunctis fidelibus suis
Concedat et regnum, in quo nunc fine regnetis
Donetque vobis partem cum sanctissima virgo maria.